



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindiciæ Pro Nicolao Smitheo, Contra censuram nomine
Facultatis Parisiensis editam in eiusdem librum, cui
nomen, Modesta & brevis Discuſſio, &c.**

Goffar, Antonius

Leodii, 1631

Præfatio Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38773



PRÆFATIO
AD LECTO-
REM.



*Irurum tibi fortasse
videri possit Lector Beneuole,
cur ego Nicolai Smithei cau-
sam defendendam aggrediar,
& Regularium partes tuen-
das ego non Regularis susci-
piam. Sed quis iuste eorum
causæ & innocentiæ pro Chri-
stiana commiseratione non
patrocinetur? Quis non exar-
descat contra Richeristas il-
los.*

AD LECTOREM.

los Censores discordiarum in
Ecclesia Dei Architectos, qui
contra Smithei doctrinam
verè sanam, verè mode-
stam, & nobilissimorū Theo-
logorum calculo ac praxi cō-
probatam, nescio quā petu-
lantiā debacchantes anathe-
matismos, censuras pronun-
tiant, non modò contemnen-
dos, sed etiam execrandas,
quibus nimirum SS. Patrum
dicta, Theologorum senten-
tiæ temerè damnantur, &
propositiones quas Doctor
Angelicus tradit in terminis,
præsumptionis, temeritatis,
blas-

PRÆFATIO

blasphemiae, hæreseos notæ
 inuruntur? Et hanc tantam
 iniquarum censurarum faci-
 litatem DD. Richeristico
 fermento infectorum non ali-
 unde proficisci constat, quàm
 ex præcipiti quadam maleuo-
 lentia & immuni odio, quo in
 Religiosos homines ducuntur,
 & quos iam dudum censorio
 illo suo supercilio deprimere
 conati sunt. Meritò contra
 istos Religiosorum gloria, &
 Ecclesie decus Thomas Aqui-
 nas, cælestis huius militiæ cõ-
 militones, imò Doctores or-
 thodoxos omnes in pugnam
 illo

S. Tho.
 opusc.
 18.

AD LECTOREM.

illo Davidis tanquam Classi-
co accendit: Quoniam ec-
ce inimici tui sonuerunt,
& qui oderunt te, extule-
runt caput; super popu-
lum tuum malignauerunt
consilium, & cogitave-
runt aduersus sanctos tuos;
dixerunt: venite disperda-
mus eos de gente, & non
memoretur nomen Israël
ultra. Hæc Angelica illa ve-
ritatis tuba, contra Parisien-
ses quosdam sui temporis Do-
ctores, Gulielmum de S. A-
more & Giraldum, qui dā-
nanda illa sua zelotypia
Regu-

S. An-
tonin. 3
p. hist.
tit. 23.
c. 5. q. 1.
Bzoui
anno

PRÆFATIO

Domi-
ni 1257
Paulus
Æmi-
lius lib.
7. de
gest.
Franc.

S. Bo-
nau. in
apolog.
paup^c-
rum.
Alexād.
I V. in
bullā a-
pud
Bzouiū
anno
1257.

Regulare institutum con-
culcare moliti, ipsimet factō
fidei naufragio, ad hæreseon-
scopulos miseri allisi sunt,
fluctus feri maris despuman-
tes confusiones suas. Horum
audaciam fregerunt, petu-
lantiam castigarunt, igno-
rantiam patefecerunt Sacri
illi duo Religiosi Doctores
SS. Thomas & Bonauentu-
ra: tandemque auctoritate
Alexandri IIII. exustis li-
bris, fœdæ hæseses cum suis
authoribus proscriptæ sunt.
Verum enimverò nec flam-
mis illis totam hanc luem ex-

pia-

AD LECTOREM.

piatam fuisse atque absump-
tam testantur cum alia mul-
ta, tum iniuriæ illæ, illæ scur-
riles contumeliæ ab Vniuersi-
tatis Accenso in ipsummet
D. Thomam, & quidem in
templo, sacrâque in exedrâ,
Dei verbum interpretan-
tem illis temporibus cõgestæ;
adeò nihil profana hæc zelo-
typia sacrum putat. Hoc eo-
dem æstro percitus deinde Io-
annes à Poliacò. Doctor item
Parisiensis, Religiosorum pri-
uilegia dum cõuellere nititur,
in fædos & fidei contrarios
errores prolapsus est.

Fonta-
nus in
respõs.
ad ma-
gnum
Præla-
tū pag.
286.

Præco-
lus e-
lench.
hæret.
verb.
Ioânes
de Pol.

Non

PRÆFATIO

Non est iste omnium Do-

Card.
Rupifucald.
Raisõs
pour le
defa-
ueu.
lect. 22.
In Sy-
nodo
Episco-
porum
damna-
ta Ri-
cheri-
starum
doctri-
na Pa-
risijs
anno
1612. a-
pud Ru-
pifucal.
sect. 24.
& Mer-
cur.
Gallic.
anno
1612.

*Etorum Parisiensium genius
atque ingenium, immo nullo-
rum verè Parisiensium, hoc
est Christianissimi Regis, re-
gni nobilissimi & erga Se-
dem Apostolicam obseruan-
tissimi Theologorum. Natio-
nis illorum hominũ hæc pro-
pria sunt, cui schismatica
Richeri doctrina nomen de-
dit, ipsa Parisijs damnata
atque proscripta. Illorum in-
quam hominum, qui toto co-
natu aliud non agunt aut mo-
liuntur, quàm Sanctæ Sedis
authoritatem destruere, mũ-
do*

AD LECTOREM.

do persuadere Pontificem in
decretis Fidei, in Confirman-
dis Religiosis Sodalitatibus,
in Missionum Evangelicarum
formam ac institutione errare
posse. Hinc tot propudiosi re-
centibus hisce temporibus pro-
diere libri, hoc solo consilio,
ut supremam Apostolicæ Se-
dis auctoritatem in sua Con-
ciliabula, contra Dei Ver-
bum, contra antiquissimorum
Pontificum decreta, contra
Concilia OEcumenica, præ-
sertim Lateranense ultimum,
contra ceteros Orthodoxos
Doctores, malignè transfe-
rant.

Richerius in
lib. de
Eccle-
siastica
& poli-
tica po-
test.

Frogerus in
notis ad
eundem.
Docto-
res qui
Gerfo-
nem e-
diderunt
in vita
Autho-
ris.

PRÆFATIO

rant. His nimirum artibus
 defendenda est chimærica il-
 la, aërea illa, Utopiana illa
 Pseudo-hierarchia, quam ex
 solo suo cerebro progeneratam
 tanquam Palladem suam a-
 deò deosculantur. Composita
 illa est tanquam statua Na-
 buchodonozoris ex auro &
 luto, dum vera falsis, certis
 incertissima, vana solidis,
 paradoxa probatis admiscē-
 tur; utq; omnibus suis nu-
 meris absoluta euadat chi-
 mæra, cunctisq; moueat Cor-
 nicularisum, nihil deesse vi-
 detur præter Patriarcham,
 quem

AD LECTOREM.

quem tam diu parturiunt.
Leuitas istorum hominum in
condendis Censuris adeò mū-
do nota est, ut meritò ab
omnibus passim irrideantur.
Damnant sèpè, quæ alijs pas-
sim probant, quæque ipsimet
turpiter decernunt, cum pu-
dore rescindunt : sic multa
contra doctrinam S. Thomæ
à se decisa, postea retracta-
runt. Sic anno 1625. quæ
contra Testefortium Domi-
nicanum schismatico spiritu
effuderant, operâ & autho-
ritate Regis verè pij, verè
Christianissimi reuocarunt.

Et

In epi-
tola v-
niuers.
to. I. o-
per. S.
Tho.
Mercuri-
us
Gallic.
to. 14.
anno
1626.
& 1627
Rupifucald.
in fine
libri.

PRAEFATIO

Guliel-
 mus Bar-
 claius
 Romæ
 & in
 Hispan-
 ia dā-
 natus
 lauda-
 tur à
 Georg.
 Froge-
 rio in
 notis in
 lib. de
 Ecclesi-
 ast. &
 politica
 potest.
 n. 18.
 Ioānis
 Barne-
 sij Apo-
 statę li-
 ber de
 æqui-
 uocati-
 one cō-
 tra Les-
 sū, &c.

*Et quamvis ita ad Censuras
 pruriant; si quid tamen con-
 tra supremam Pontificis Sū-
 mi auctoritatem prodeat im-
 pium, si quid contra Regu-
 lares quoscunque iniurium à
 Barclaijs Barnesijs & alijs
 id genus hominibus, etiamsi
 Romæ & per reliquum pro-
 scribatur orbem Christianū,
 hic tamen tacent, obmutes-
 cunt, in sinu plaudunt, non-
 nunquam etiam in publicas
 approbationes erumpunt. Sic
 nimirum*

*Dat veniam coruis, vexat cen-
 sura columbas.*

Quæ

AD LECTOREM.

Quæ cum ita sint, facile est coniecturâ assequi, quænam ex hoc tripode fundi debeant oracula, præsertim, si contra Religiosos, si pro suis-ipsorum figmentis res agatur. Et tamen hæc est planè causa, in quâ versamur.

Ediderat D. Matthæus Kellisonus Anglicanâ linguâ Opusculum de Hierarchiâ Ecclesiasticâ, in quo Religiose perfectionis excellentiam eleuare, missionem Regularium in animarum messem, tanquam rem ipsorum statui parum accommodatam & iure

Romæ
dânatus
12. Decemb.
1624.
honorificè
approbatur
Parisijs
per Richeristas.

Iuuenal. Satyr. 2.

PRAEFATIO

iure diuino ad solos secula-
res Sacerdotes pertinentem
deprimere moliebatur; alla-
tis in medium varijs & o-
diosis inter Regulares & alios
comparationibus. Ad hæc
studio amplificandi potesta-
tem R^{mi} Chalcedonensis in
Anglia varias excogitat
Laicorum Catholicorum er-
ga ipsum obligationes, du-
riora longè ijs imponens one-
ra, quàm aut temporum ca-
lamitas, aut rei ipsius veri-
tas ferat. Huic libro ad dig-
nitatem Sanctæ Sedis tuen-
dam, cuius erga Ecclesiam
Angli-

AD LECTOREM.

Anglicanam prouidentia tāquam iuri diuino minus consentanea tacitè notabatur; ad debitam Cōfiliorum Christi existimationem asserendam; ad Catholicos officium suum erga R^{mum} Chalcedonensem sincerè & sine fucis condocefaciendos, respondit Nicolaus Smitheus, idq; innumerabilium Catholicorum iudicio modestè, solidè & neruosè. Et ecce statim hanc causam ad suum pertinere iudiciū, pro eâ quâ, ut loquuntur, auctoritate pollent, censuerunt nonnulli ex Sor-



bonicâ

PRÆFATIO

bonica Facultate, & maiore
 parte, hoc est eâ, quæ schisma-
 tis in summum Pontificem
 diu notata fuit, meliorem
 vincente, utriusque Auctoris
 libros diris horrendum in mo-
 dum deuouent: vno verbo hæ-
 resis condemnant: & hoc eti-
 amsi luce clarius sit hanc esse
 ex maioribus causis, quæ ad
 sedem pertinent Apostoli-
 cam, videlicet Catholicorum
 inter se pugnantium opinio-
 nes erroris aut hæresis dam-
 nare; etiamsi non nescirent
 controuersias inter Clerum
 Angliæ Sacularem ac Re-
 gula-

Richeri
 stę hęc
 præci-
 pui erāt
 Acto-
 res, quo-
 rū dog-
 mata
 schisma-
 tis &
 hæresis
 notata
 sunt in
 Syno-
 do Pro-
 uinciali
 Parisijs
 & à va-
 rijs Sor-
 bonæ
 Docto-
 ribus,
 vt refert
 Merc.
 Galli-
 cus an-
 no 1612

AD LECTOREM.

gularē iam dudum ad summi Pontificis cognitionem deductas. Adeo effræni feruntur siue in Religiosos Ordines maleuolentiâ, siue in Hierarchialia sua somniâ affectu & zelotypia.

Quocirca non sunt Religiosis viris pertimescendæ istorum hominum Censuræ; partes sunt in Religiosorum causa, non arbitri, accusatores, non iudices; qui si quicquam suo iudicio potuissent, iam olim Mendicantium Ordines nullos haberemus.

Sæpe in hoc negotio, vt

++ 2

su-

PRAEFATIO

suprà demonstrauius, turpiter, impiè & ex malitia errarunt, non est ergo ijs amplius fidendum: quia semel malus, semper praesumitur esse malus. Quinimò facè preferentibus Thomâ, Bonaventurâ alijsq; viris sanctissimis pariter ac doctissimis, non est cur in eadem causâ contra eosdem aduersarios non simus animosi. Non est difficile inscitiam, perfidiam, impietatem, iniustitiam, errores huius Censurae patefacere; in promptu erit Doctores Doctores cõferre,

Cap. Semel. de reg. iuris in 6.

AD LECTOREM.

ferre, & uni iam caduco &
à schismate diu malè olenti
hominum gregi, Vniuersita-
tes complures, in sapientiæ
incompacta flore agentes, ex
diametro opponere. Proce-
dunt illi cum gladio & hastâ
potestatis suæ Censoriæ sine
probatione vlla, sed facilè e-
rit in funda & lapide soli-
dissimarum, ex Dei verbo
& Ecclesiæ decretis rationû,
turrin carneam, vt cum
Chrysostomo loquar, proster-
nere.

Chry-
sost. in
Genes.
homil.
46.

Tota Censura innumeris
scatet erroribus contra Fi-

† † † dem.

PRAEFATIO

dem, contra mores, contra
humanitatem omnem. Modus
ad haec & agendi series in-
dignissima. Quid arrogan-
tius, quam causam ad sum-
mum iam Ecclesiae tribunal
deductam, cui Sedes Apосто-
lica manum apponere incepe-
rat, suo praedicio conteme-
rare? Quid malignius, quam
Catholici & Religiosi Scrip-
toris tot sententias, in plano
& obvio sensu ab Authore
intento verissimas & re-
ceptissimas, in friuolos &
abstrusos sensus detorque-
re, & sub conditione, si ita
in-

AD LECTOREM.

intelligerentur, damnare?
 cum hac ratione nihil tam ca-
 stè scriptum sit, quod damna-
 ri nequeat. Non hoc rigore
 utitur Ecclesia contra ip-
 sosmet hereticos, non Mar-
 tinus Quintus contra VVi-
 cleffum & Hus, non Leo X.
 contra Lutherum, non Alexā-
 der VIII. aut Ioānes XXII.
 contra Sorbonicos illos dog-
 matistas. Satis iis visum pro-
 positiones eas reprehendere,
 quæ in simplici & plano sen-
 su falsitatem præ se fer-
 rent. Sed nimirum bonis
 istis viris fingēda erant lar-

Mart. 5
 in Con-
 cil. Cō-
 stan.
 sess. vlt:
 Leo X.
 in bulla
 Apost.
 contra
 Luth.

✠ 4 uæ,

PRÆFATIO

us, quas ferirent. Quid corruptius quàm Hibernicas illas propositiones, vt vocant, intexere, vt Lectori persuaderet libros Anglicanos eiusdem esse farinae? Quas quidẽ propositiones Regularium in Hibernia fuisse vanissimè probant, ex tribus enim testibus in re tam graui vocatis, vnus est Religiosi Ordinis eiectionamentum, alter homo cõtumax ab Episcopo suo in Hibernia suspensus, tertius per multos annos Hiberniam non viderat: vt in ore istorum trium staret tam solemne

ne

AD LECTOREM.

ne mendacium. Quid puti-
dius, quàm Fidei & authori-
tatis Sedis Apostolicæ zelum
prætexere, cum ex omnibus
Catholicarum Academiarum
Doctores soli Richeristæ
sint, in quorum sinu foveantur
schismata, apud quos solos
etiānum vigeat Cathedra
pestilentia, & contra veram
Sedis Apostolicæ authorita-
tem perpes errorum Semina-
rium? Denique quid ingra-
tius, quàm ut Vniuersitas à
viris Religiosis natione An-
glis, professione Benedictinis,
quondam erecta, instituta &
aucta,

Acade-
mia Pa-
ris. ab
Alcuino
fūdata.
Gagui-
n^o hist.
Franc.
lib. 4. p.
51.

PRÆFATIO

Anto-
nin 2.
par.
hist. tit.
14. c. 4.
q. 12.
Poffe-
winus
verb.
Alcui-
nus &
Histo-
riæ An-
glica-
næ.

*aucta, tam turpi iniuriâ om-
nes Nationis Anglicanæ Re-
gulares afficiat.*

*Ceterum, Benigne Lector,
ita à me ista dicta accipias
velim, ut nullo modo con-
tra Vniuersitatem Parifien-
sem (nedum ipsam Gentem)
prolata intelligas. Contra
Richeristarum ago turbam,
quæ an unius pluriûmve
Nationum hominibus cõstet,
mibi ignotum. De cætero
Gallicanam Nationem ex in-
timis animi visceribus amo
û colo. Plusque apud me
û sapientes omnes momenti,
ad*

AD LECTOREM.

ad eius commendationem habere debet, Christianissimi Regis eiusdem fides, pietas, & iustitia orbe toto spectatissima; plus tot eminentissimorum Cardinalium sapientia & integritas, quorum aliqui contra Schismaticos istos calamum strinxere sanè foelicissimum; plus tot Religiosorum hominū, aliorumq; Ecclesiasticorum incorrupta doctrina, & morū sanctitas; quàm ad eius gloriam contaminandam paucorum è Sorbonica Facultate Schismaticorum præceps insania.

Merc. Gallic. anno 1612.

Quod

Card.
Peron
in Sy-
nodo
Prouin-
ciali an-
no 1612.
Cardin.
rupifu-
cal. cō-
tra schif-
mati-
cos hu-
ius tē-
poris.
Et alij
Docto-
res Sor-
bonici
contra
Riche-
rū, qui
etiā ali-
um lo-
co Ri-
cheri in
Syndi-
cū Vni-
uersit.
suffici
curarūt

PRÆFATIO

Quod ad methodum attinet, placuit Censoribus à quartâ Discussionis quæstione initium ducere, in primâ finem facere; nos sequemur, ne vel latum unguem eos relinquamus: distributo tamen tractatu in varia Capita, & adiectis numeris marginalibus, ad Compendium Lectoris. Quod si sæpè res postulet, ut errores & hæreses, quas Smitheo affingunt, in ipsos regeramus, iuxta illud Sapientis; Responde stulto iuxta stultitiam suam: at non Censoriâ vlla auctoritate

Prover.
26. vers.
5.

AD LECTOREM:
notas infligendo, sed merè
argumentorum vi falsi-
tatis gradum de-
monstrando id
præstabi-
mus.

APPRO-